

Band III., Nr. 634, Seite 106-107

Die von den edeln Brüdern Konrad und Bernger von Schussenried bei ihren Lebzeiten geschene, von ihren Erben, den Brüdern Konrad und Heinrich von Wartenberg aber angefochtene Stiftung des Klosters Schussenried wird durch einen Vergleich zwischen den genannten Erben und dem Kloster aufrecht erhalten.

Ohne Ortsangabe, 1220.

Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, stili solent officio perhen-
nari^a. Innotescat igitur tam presentibus quam posteris, quod cum viri nobiles^b
de Shvzzinrêit, Conradus et Berngerus^c frater eius, monasterium Sorech¹, or-
dinis Premonstratensis, in suo fundassent allodio cum universali prediorum
suorum donatione, in facie inperii et sollempni principum curia, temporibus
Friderici inperatoris filiorumque eius, crebrius facta et inperiali auctoritate
roborata, nemine prorsus contradicente, mortuis eisdem, Conrado^d scilicet et
Berngero, viri illustres germani de Wartinberc, Conradus et Hainricus, sed
et pater ipsorum, prioribus pridem^e temporibus eorundem fundatorum pro-
ximi, donationem ipsam irritare contendebant, dicentes ipsam usquequaque
non esse legitimam^f, quod ipsorum iuri hereditario preiudicium generare
videretur. Econtra monasterium asserebat, nullam ipsis post mortem fun-
datorum actionem competere, cum scientibus ipsis predictum monasterium
prediorum illorum^g iam pridem quieta possessione frueretur. Post longam
itaque habitam hinc inde concertationem lis in hunc modum, mediantibus
viris bonis et honestis, terminata est. Fluviolus qui Ostrach^h dicitur quasi
pro limitari termino statutus est, et universa predia que sita sunt ex parte
orientali eiusdem amnis, que libera, id est non infeudata sunt, libere cedant
sepedicto monasterio. Prediorum vero, que ex eadem parte sita sunt, et ti-
tulo feudaliⁱ obligata, hec erit ratio, quod proprietates quidem erit monasterii,

^aB: *Que geruntur in tempore ne labantur stili testimonio perhennantur.*

^bB: *nobiles uiri.*

^cB: *Co^vnradius et Berengerus.*

^dB: *eisdem fundatoribus Co^vnrado.*

^eB: *quidem.*

^fB: *non esse legitimam usquequaque.*

^gB: *prediorum illorum* fehlt.

^hB: *ostrach.*

ⁱB: *titulo feudolali.*

¹Bad Schussenried.

II

persone vero, seu milites, qui predia illa de manu dominorum de Wartinberc in feudo tenent, in eodem hominio permanebunt. Et item si que earundem personarum que feuda tenent aliquid de eisdem feudis pro remedio anime sue monasterio gratis conferre voluerint, domini de Wartinberc^j contradicere non poterunt. Si quid vero de eisdem feudis monasterium per emptionem^k sibi adquisierit, hic consensus sepedictorum dominorum de Wartinberc requiretur, qui etiam consentire debebunt, eo pacto ut per pecuniam emptionis alia terra conparetur, que in feudo de manu ipsorum teneatur. Predia vero que ex parte occidentali eiusdem amnis sita sunt, sive sint libera sive infeudata, itemque predia secus Renum sita, id est Richenbach^l cum suis appenditiis, libere et universaliter cedent dominio predictorum dominorum. Huic compositioni, olim facte coram bone memorie episcopo Diethalmo, interfuerunt viri religiosi Hainricus de Rinaugia abbas, Ebirhardus^m de Salem abbas, Conradus tunc prepositus de Augia, nunc vero abbas Premonstratensis, et alii quam plures. Postmodum vero, presentibus nobiles viris Conrado et Hainrico de Wartinberc, per renovationem publicata et protestata est eadem forma compositionis a prefatis venerabilibus abbatibus et O. preposito in Augia et a partibus utrimque acceptata.

 Actum est autem hoc anno incarnationis dominice millesimo CC^o. XX^o.

—

Von dieser Urkunde sind zwei Exemplare vorhanden, welche mit Ausnahme der Anfangszeile und einigen späteren unwesentlichen Abweichungen vollständig gleich sind. Eines (A) ist oben zugrunde gelegt, die Abweichungen des anderen (B) unten angegeben. An jedem derselben sind zwei Siegel, in Ledersäckchen eingenäht, noch übrig, je zwei andere verloren.

^jB: *domni de wartenberc.*

^kB: *sibi emptione.*

^lB: *Richinbach.*

^mB: *Eberhardus.*

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Die Identifizierung der Vorlage steht noch aus.

Editionen:

Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 549.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Ostrach Wohnplatz (21224)
 Ostrach, SIG
 Rhein (Regierungsbezirk)
 Rheinau, Kt. Zürich, Schweiz
 Rickenbach, Kt. Thurgau, Schweiz
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV